M0013786: Page from Cicero: De Senectute

Publication/Creation

November 1954

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/fx4bf5sy

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

OTite ſiqd ego adiuto. Adiuto frequētatiuū a iuuo.uas.ab ultimo ſupino formatū mutatiōe u in o.Et ſciēdū ſane qđ oīa frequētatiua primæ cōiugationis ſeruāt ſignificationē primitiuorū:tā & ſi quædā ex his in aliū ſenſum trāſire uideant̃:ut traho tracto:cogo cogito:dico dicto:habeo habito:ut Virg. atq; humiles habitare caſas & figere ceruos. Cura:q̄ſi cor urēs appellat̃:quā græci dicūt membra corrodere::q; corrodat mēbra qđ uocabulū q̄ſi exponēs inqt ille. Quæ nūc te coquit.i.urit:unde interdū cura amorē ſignificat:ut Virg.i.iiii.At regina graui iādudū ſaucia cura. Leuaſſo: antiquū uerbū deſideratiuū:amaſſo capeſſo.

Adiuto · Virgili. · Cura · Virgili. · Deprimeris · Salu.

¶M.T.C.Cato maior:uel de Senectute ad Titum Pomponium Atticum. Præfatio.

O Tite:ſiqd ego adiuto curā ue leuaſſo. Quæ nūc te coquit:& uerſat ſub pectore fixa: Et q̄ deprimeris ecqd erit præmii? Licet.n. uerſibus eiſdē mihi affari Attice:qbus affat̃ flaminiū ille uir haud magna cū re ſed fidei plenus: q̄q̄ certe ſcio non ut flaminiū ſollicitari te Attice:ſic noctesq; dieſq;: Noui enim moderationem animi tui & æquitatē. Teq; non cognomē ſolum Athenis deportaſſe: ſed humanitatem & prudētiā intelligo. Et tñ ſuſpicor iiſdem rebus te:quibus me ipſum interdum grauius cōmoueri:quarum conſolatio & maior eſt:& in aliud tempus differēda. Nūc autem mihi uiſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere:hoc.n.onere:quod mihi tecum cōmune eſt:

Deprimeris:urgeris:a premo cōpoſitum. Ec.ꝑ ecce:apocope ē. Præmii:legit̃ & ꝑcii ſed melius ꝑmii niſi ponat̃ ꝑmiū pro ꝑcio:ut Sal.in iugurtha. Vicit tamē ī ſenatu pars illa: quæ uero præcium.n.aut grām anteferebāt q̄ ꝑciū illud ꝓprie eſt qđ re empta datur. Licet:enim ſequit̃ Tullius. Licet: hoc ē poſſum interdum. Licet ſignificat tametſi & tunc eſt cōiuncto. Attice. M.Pōponi:ut diximus ſuum cognomē eſt Atticus:nomē Marcus cognomen ēt Pomponius:nā ſua familia Pōponia uocabat̃. Dictus enī Atticus ab Ahenis: quæ ēt attica ab regina quadam atti uocitata eſt:ſicut Athenæ .i.minerua quæ ei ſuū impoſuit nomē. Flaminiū:principem romanū:de quo diximus qui uiā ſtrauit Romæ:& ſuo noīe flamineā noīauit: de qua Iuue. Expiar qd cōcedat̃ in illos:Quorū flaminea tegit̃ cinis atq; latina. Haud magna cū re.i.nō magna cū ſapīa & doctrina. Plenus fidei.i.amicitiæ & bonitatis. Fides.n.ut Cicero:in li.de officiis:primo docet eſt dictorꝫ cōuētorūq; conſtantia. Dicta aūt eſt fides:ut Nonius ait:q; fiat:qđ dictum eſt. Plenus aūt & cū ablatiuo & cū genitiuo iungit̃.Iuue.Plena ipſo. Terē.plēus ſum rimarū. Solicitari: angi dolere:unde ſollicitudo dicta ē.i. anxietas. Afficiebat̃.n.atticus magno dolor̃:tū ꝑꝑ rēpu.occupatā:tum ꝑꝑ ꝑturbationes multas:tū ꝑꝑ frattem interēptū ſororii ſui q cinneis ꝑturbatiōibus fuit occiſus qa Cinna ſocer Cæſaris fuit:& cauēdū ē:ne ſollicitū ꝓ diligēte dicamus:ut pleriq; dicūt:cū anxiū ſignificet ut Ci.Sollicitus eqdē erā de rebus urbanis.Oui.Res ē ſolliciti plena timoris amor. Noctesq; dieſq;.i.ſemp:& honeſtius ē loq ꝑ accuſatiuū q̄ per ablatiuū:ut i li.de officiis. Annū iam audiētē Cratippū. Facimus & ꝑterea in hoc differētiā:quādo qdem cū dicimus ꝑ accuſatiuū tēpus itegrū:& continue ſignificamus. cū uero ꝑ ablatiuū tp̄s intermiſſum ut hoc anno ſtudui:& per huuc annū ſtudui. Moderationem:quod bene ſcias moderari in rebus aduerſis & ſecundis:& a modo:hoc eſt mēſura nomē accepit:unde captat beniuolētiā:ab eoq; captat̃ : ſi eos qui audiūt laudamus ut ipſe in rhetoricis docet:ſi res eorū fortit̃ manſuete ſapienter magnifice iudicatis profe remus. Aeq̄tatē:tollerantiam:ſignificat enim æq̄tas duo;iuſticiā:ut præſtātiſſimus æqui:& tollerantiā:ut æquo aīo tuli.i.forti & patienti. Cognomē ꝓprie dixit:q̄uis aliter uideat̃:nam cognomē agnomen & nomen in hoc diſcrepant:q; cognomen eſt a generatione & a familia:ut Pōponius:ut Cornelius:Agnomen ab euentu rei ut Scipio Africanus ab Africa ſuperata agnomē eſt:fortitus:& ſic atticus eſſet agnomē & non cognomen. Sed Tul. reſpexit tempus futurum ſuæ cognationis:quod poſteri omnes illius attici ſunt cognominati:ſicut Virgili. Cui nunc cognomē Iulo:addit̃ itaq; principiū ab attico:Nomē uero eſt quod a parentibus inponitur pueris:ut Scipio:ut Marcus. Humanitatem: dupliciter intelligit̃:eſt enim primo humanitas morum ſuauitas dexteritas: & aptitudo:& ipſa animi manſuetudo quam græci dicunt:ſecundo ſignificat doctrinam & diſciplinam. Iſdem rebus.ſ.ſtatú reipu.& perturbationibus multis in ciuitatæ. Grauius:moleſtius:ut qui nunquā grauem tibi ſenectutē eē ſenſerim. Cōſolatio:doloris diminutio:quā dicūt græci. In aliud tempus:quia alias eſt rebus iſtis perditis publicis & priuatis doloribus cōſolationē afferemus.

Præciū · Atticus · Via flaminea · Iuuena. · Fides · Cicero · Nonius · Plenus · Iuuena. · Teren. · Sollicitus · Cicero · Ouidius · Moderatio. · Cognomen · Agnomen · Nomē

De ſenectute docilem facit auditorē:qa ſummā cauſæ breuiter expoſuit. Hoc enim onere attentum reddit auditorē Atticū:quia oſtendit ſe eſſe dicturum de rebus:quæ ad eum ipſum qui audit pertinent ſcilicet quomodo leuare poſſit onera ſenectutis:& hoc modo ſubiungit utilitatem operis ſecundo commendationes philoſophiæ:quæ eſt illa quæ dat:medicinam.i.conſolationem ſenectutis:tertio & ultimo totius operis huius formā & modū ueluti maiorem Catonem inducit diſputantem de ſenectute:qa ut ait Nonius Marcellus. Senes oībus ſunt tædio & odio.& ab onere dicit̃ oneratus:honuſtus uero ab honore:& in hoc differunt q; oneratus eſt qualicunq; depreſſus onere:inquit Seruius. Honuſtus uero cui onus ipſum honori eſt : ut ſiquis ſpolia hoſtiū ferat: ſed oneratus non aſpirat̃:quia ab onere uenit.honuſtus aūt:quia etiā ab honore deſcēdit retinet aſpirationem.

Nonius · Honuſtus · Oneratus · Seruius